

Lichenes Sandwicenses

a Dr. Hillebrand lecti, et a Prof. Askenasy communicati, auctore Dr. J. Müller.

1. *Leptogium mesotropum* Müll. Arg.; thallus laciniato-lobatus, parvus, laciniae varie lobatae et crenatae, delicatulae, cyanescentes, utrinque concolores, subtus nudaе, supra planae et tenuissime rugulosae; apothecia parva, $\frac{3}{4}$ —1 mm lata et leviter ultra lata, jam novella sessilia, hemisphaerica, apice anguste, aperta et margine thallino mediocri obsolete concentrico — ruguloso cincta, demum planiora, latius aperta et margine tenui subintegro cincta; sporae circ. 40 μ longae, et 15 μ latae, utrinque acutatae, parenchymatice divisae. — Gonidia et epidermis generis. Thallus ut in *L. phyllocarpo* v. *caerulescente* Nyl., sed apothecia parva et aliter marginata. A *L. bullato* Nyl. recedit apothecii multo minoribus, novellis non subimmersis et tenuius marginatis. Quasi medium tenet inter *L. bullatum* aut *L. phyllocarpum* et *L. tremelloides* Fr. — Ad truncos muscosos.

2. *Leptogium Menziesii* Montg. Chili p. 223 f. *fuliginosum* Müll. Arg.; thallus supra partim crebre fuliginoso-isidiosulus. — Sterile tantum visum, corticolum. — Idem lectum est ad Caput Bonae Spei.: Mac Owen (in hb. Kewensi vidi) et in Himalaya: Dr. Skoliczka.

3. *Leptogium tremelloides* Fr. Scan. p. 293, corticolum inter muscos.

— — *laciniatum* Tuck. Lich. Havaian Isl. p. 234, cum planta normali speciei.

4. *Cladonia sylvatica* Hoffm. var. *squarrosula* Müll. Arg.; pallide straminea, dense caespitosa, crebre ramosa, circ. 4—5 cm alta; caules quam in planta normalis speciei duplo tenuiores, cum ramis undique obsolete verruculosi; ramilli ultimi patenti — squarrosuli, tenues, hinc inde nutantes. — Et habitu et ramillis ultimis parvulam *Cl. pycnocladam* Nyl. refert, sed planta est minus translucens, haud subtomentella, et dein a subsimili *Cl. alpestri* Rabh. in eo differt quod ramilli ultimi tenues et longiores, haud abbreviato-obesi, et planta demum simul ab utraque recedit ramulis et ramillis hinc inde nutantibus. — Sterilis tantum lecta.

5. *Cladonia fimbriata* v. *subulata* Schaer. Enum. p. 190, ad truncos muscosos, sterilis.

— — v. *adspersa* Tuck. Gen. p. 147, cum v. *subulata*, ster.

6. *Cladonia ochrochlora* v. *ceratodes* Flk. Cladon. p. 77, ad truncos putridos muscosos, ster.

7. *Cladonia degenerans* Flk. v. *tenella* Müll. Arg., planta tenella, irregulariter dichotoma, ad axillas clausa, sparse foliolosa et simul pulveraceo-asperula; ramorum scyphi profunde subregulariter divisi, basi tamen distincti v. etiam usque ad basim divisi et tum indistincti, in fundo ipso clausi. — Ad terram, incomplete fructifera visa.

8. *Cladonia muscigena* Eschw. Bras. p. 262; ad terram muscosam.

9. *Stereocaulon mixtum* Nyl. Syn. p. 238; ad saxa.

— — v. *denudatum*; *St. denudatum* Pers. in Gaudich. Uran. p. 211, et *St. assimile* Nyl. Syn. p. 239. — Ad saxa vulcanica.

10. *Stereocaulon tomentosum* β *alpinum* Th. Fries Scand. p. 48; sterile.

11. *Siphula ceratites* Fr. v. *simplex* Müll. Arg. L. B. n. 1275; *S. simplex* Nyl. Syn. p. 262; *S. subulata* Krphl. Lich. Wawra p. 2, — inter muscos, sterilis.

12. *Siphula polyschides* Krphl. Lich. Wawra p. 2, cum praecedente, sterilis.

13. *Usnea plicata* Hoffm. Deutschl. Flora p. 132, ster.

14. *Usnea barbata* v. *australis* Müll. Arg. L. B. n. 1066; *U. australis* Fr. S. O. Veg. p. 282, ad ramulos, sterilis.

— — v. *rubiginea* Mey. et Flot. in Act. Acad. Curios. nat. XIX. I. p. 210, cum var. *australi*, ster.

— — v. *scabrosa* (Ach.) Müll. Arg. Lich. Nov. Granat. n. 20; ad arborum truncos, ster.

15. *Cetraria islandica* v. *vulgaris* f. *angustifolia* Krphl. Lichenfl. Bay. p. 121, sterilis, optime cum planta vulgari europaea conveniens.

16. *Ramalina calicaris* v. *subfastigiata* Nyl. Recogn. Ramal. p. 34; ad margines subinde obsolete aspera; sporae saepissime rectae.

17. *Ramalina laevigata* Fr. f. *terebrata* Müll. Arg. L. B. n. 1285; laciniae hinc inde lacero-perforatae, ceterum similes iis *R. Ecklonii* Sprgl., sed apothecii majoribus minus adpressis praeditae.

18. *Ramalina farinacea* v. *dendroides* Müll. Arg. L. B. n. 558, sterilis.

19. *Ramalina scopulorum* Ach. Univ. p. 604 parce.

— — v. *tenuis* Müll. Arg.; *R. microspora* Krphl. Lich. Wawra p. 3; rami subfiliformes, valde subdichotome ramosi, dense caespitiosi; apothecia paullo minora; sporae 8—15 μ longae, pro majore parte circ. 10—12 μ aequantes. — Laciniae laeves, compressae, haud papillosae, nec sorediosae, nec costato-striatae. — Ad saxa vulcanica, bene fertilis, et dein etiam prope Limam in Peruvia: Dr. Barranca, et in Ceylonia: Dr. Thwaites.

20. *Peltigera polydactyla* Hoffm. var. *dolichorrhiza* Nyl. Syn. p. 327; inter muscos et Filices minores.

21. *Nephromium tropicum* Müll. Arg. L. B. n. 559, ad truncos muscosos.

22. *Stictina intricata* v. *Thouarsii* Nyl. Syn. p. 335; inter muscos, sterilis.

23. *Stictina crocata* Nyl. Syn. p. 338. — Ad truncos arborum.

— — f. *esorediata* Müll. Arg. L. B. n. 703, soredia in pagina supera deficientia, in margine ipso laciniarum evoluta v. etiam nulla.

24. *Stictina Mougeotiana* v. *aurigera* Nyl. Syn. p. 341; specimina fusco-obscurata, caeterum sorediis validis marginalibus et in pagina supera sparsis cum planta Boryana madagascariensi quadrantia.

25. *Stictina quercizans* v. *peruviana* Nyl. Syn. p. 345; ster.

26. *Sticta auratu* Ach. Meth. p. 277, ad truncos, sterilis.

27. *Sticta endochrysea* v. *flavicans* Müll. Arg. L. B. n. 1300; *St. flavicans* Hook. f. et Tayl. Lich. antarct. n. 89, sterilis (latissime distributa).

28. *Ricasolia patinifera* Müll. Arg. L. B. n. 1249; *Parmelia patinifera* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 172; *Ricasolia sublaevis* Nyl. ap. Krphl. Prodr. Lich. Mader. p. 231; *R. crenulata* v. *stenospora*

Nyl. Syn. p. 373; *Sticta crenulata* Tuck. Lich. of the Hawaiian Islands p. 225, non *Ricasolia crenulata* Hook. Nyl.; frequenter ad truncos et ramos ramulosque.

29. *Parmelia latissima* Fée f. *sorediata* Nyl. Syn. p. 380, pulchre sed parcissime tantum fertilis.

30. *Parmelia perforata* Ach. Meth. p. 217, cum apotheciis jun.

31. *Parmelia laevigata* Ach. Syn. p. 212, sterilis.

32. *Physcia leucomela* v. *angustifolia* Nyl. Syn. p. 415, ster.

33. *Physcia obesa* (Pers.) Nyl. Syn. p. 418, pulchre, abundanter fertilis.

34. *Theloschistes flavicans* Norm. Conat. praem. gen. Lich. p. 17, ster.

35. *Pannaria lurida* Nyl. Enum. gén. p. 109; hic etiam pertinet *P. Sandwichiana* Krph. Lich. Wawra p. 4, in f. *hypomelam* Tuck. Lich. of the Hawaiian Isl. p. 225 abiens.

36. *Pannaria mariana* Müll. Arg. L. B. n. 1159; *Parmelia mariana* El. Fries Syst. Orb. Veg. p. 284; *Pannaria pannosa* Nyl. in Prodr. Nov. Granata p. 27, excl. syn. Sw. — frequens ad truncos.

37. *Coccocarpia pellita* (Sw.) Müll. Arg. L. B. n. 421, inter muscos, ster.

Observationes in Lichenis argentinenses

a Doctt. Lorentz et Hieronymo lectos et a Dr. A. de Krempelhubero elaboratos, quas offert Dr. J. Müller.

In sequentibus Lichenis eodem ordine et iisdem numeris ac in opere *Krempelhuberi* rectificantur, aut in alia genera locantur aut descriptionibus aut characteribus variis majoris momenti augentur. Illae species autem, de quibus mentio haud facta est, similiter ad ipsa specimina originalia examinatae, omnes recte determinatae erant. Solum *Physcia candelaria* Nyl. (n. 42) et *Pertusaria melanostoma* Krph. (n. 76) a me non visa sunt.

7. *Gladonia antilopaea* v. *pulverulenta* non ad plantam Delisei sed ad formam genuinam hujus speciei, i. e. magis squamulosam et subglabram referenda est.

12. *Usnea barbata* f. *glaucescens* Krph. est *Usnea barbata* v. *aspera* (Eschw.) Müll. Arg. Revis. Lich. Mey. n. 2, forma minus valide aspera, nonnihil ad v. *floridam* accedens.

13. *Usnea Hieronymi* Krph., sit *Usnea barbata* v. *Hieronymi* Müll. Arg.; fere omnino eadem est ac *U. barbata* v. *densirostra* (Tayl.) Müll. Arg. L. B. n. 234 et 1239, nec ab ea diversa est nisi ramillis apice longiuscule nigratis. Reliqua omnia omnino quadrant. Individua basi non semper nigrata sunt et papillae copia et magnitudine eximie variant. Ludit subinde ut illa ramillis fere deficientibus.

17. *Ramalina fraxinea* e duabus composita est. Adsunt 1^o *R. calicaris* v. *subampliata* Nyl. Ram. p. 34 (apotheciis majoribus terminalibus et marginalibus), et 2^o *R. Ecklonii* v. *maxima* Müll. Arg. Lich. Parag. n. 16 (apotheciis minoribus facialibus). — Vera *R. fraxinea* Ach. ibidem nondum lecta est.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1889

Band/Volume: [72](#)

Autor(en)/Author(s): Hillebrand , Askenasy E., Müller J.

Artikel/Article: [Lichenes Sandwicensis 60-62](#)